


AÑO XXXX. Lunes, 16 de Mayo de 1892. NÚM. 10.



BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO:—Secretaría: Donativos para Su Santidad.—Id. para los Santos Lugares. 4
Id. para los esclavos de África.—Discurso de Su Santidad en la fiesta de la Anunciación.
—Respuestas acerca de la Bula Apostolicæ Sedis.—De pública pénitentia.—De la Sa-
grada Congregación del Concilio, Cartaginense.—Id. de id. Oxomensis.—Secretaría de
Estudios del Seminario Conciliar —Congreso católico de Sevilla.—Comisión de Capella-
nías y fundaciones piadosas de esta Diócesis.—Necrología.

SECRETARÍA DE CAMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA.

CONTINÚA la suscripción de donatiros voluntarios abierta en esta
Diócesis á favor de la Santa Sede.

Pesetas. Céts

Suma anterior. 653 34

El economo de Vega de Espinareda, 5'75.—El id. y de Pobladura de las Regueras, 5.—El párroco de Foncebadón, 2.—De una testamentaría de esta Diócesis, . 0.—Un párroco de la Diócesis, 5.—El id. de San Pedro de Quintana del Marco, 2'50.—El de Pedredo, 1.—El de los Barrios de Nistoso, 5.—El de Villameca, 1.—El de Quintana del Castillo, 5.—De la testamentaría del párroco de Castrillos D. Santos Morán, 25.—El párroco de Puente de Órbigo, 10.—El de Ocero, 6'50.—El M. I. Sr. Don Agustín Pío de Llanos, dignidad de Chantre de la S. I. Ca-
tedral, 25.—El párroco de Regueras de Abajo, 12'50.—El eco-
nomo y fieles de Altobar, 3.—De la testamentaría de D. Vicente
Carbajo, párroco de Sandín, 250.—El párroco y feligreses de Bo-
renes, 4.—El de Lago de Carucedo, 3.—El de San Martín del

Camino, 6.—El de Quintanilla del Valle, 5.—El de San Mamed, 5.—El de Odollo, 5.—El de Truchas, 2'50.—D. Juan y D. Francisco de Uña, vecinos de Rionegro, 8'40.—El párroco y feligreses de Santa Eulalia de Tábara, 10.—El id. é id. de Quintanilla de Yuso, 2'50.—El de Regueras de Abajo, 5.—El de Laguna Dalga, 2.—El de Acebo, 1'25.—El de San Román de los Caballeros y feligreses, 10.—El de Brime y Soj, 5.—El de Riego de Ambros, 2'50.—Un devoto de Berlanga, 12.—El párroco de Castro y la Veguella con sus feligreses, 3'50.—El de Villalibre y feligreses, 5.—El de Rosinos, 5.—El de Alcoba y feligreses, 13'75—El ecónomo y feligreses de Santa Marina del Rey, 7'50.—El id. de Colinas y los Montes, 2.—El párroco de Castrillo de Cabrera baja y feligreses, 25.—El de Arcos de la Polvorosa y feligreses, 3.—El de Castrillo de las Piedras, 2.—El de Puente de Órbigo, 10.—El de San Miguel de las Dueñas y feligreses, 3.—El de Fisteus y feligreses, 2'50.—El de Molezuelas, 5.

* Suma. 1.243 99

Donativos para los Santos Lugares de Jerusalén.

Pesetas Cénts

Suma anterior 2.158 00

El párroco de Foncebación, 1.—Una testamentaria de esta Diócesis, 50.—El párroco de San Pedro de Quintana del Marco, 2'50.—El de Pedredo, 1.—El de Villameca, 1.—De la testamentaria de D. Santos Morán, párroco de Castrillos, 50.—El ecónomo y feligreses de Altobar, 2.—El párroco é id. de Tremor, 2.—El de Librán y feligreses, 3.—El de Tombrio de Arriba, 2.—El de Borrenes 3.—El de Quintanilla del Valle, 7.—El ecónomo de Villaviciosa, 5'05.—El párroco de Llamas 21'75.—El de Azaña, 7'50.—El de San Martín de Camino, 6.—El de Navianos de la Vega y feligreses, 4.—El de Puebla de Trives é id., 35.—El de San Mamed de Trives é id., 7'25.—El de Piñeira de id. é id., 2.—El de Navea é id., 2.—El de Barrio la Puente é id., 4.—El ecónomo de Prada de la Sierra é id., 5.—El párroco de San Brégimo é id., 5'50.—El ecónomo de San Pedro Castañero é id., 2'50.—El párroco de Odollo, 3'77.—El de Truchas, 2'50.—El de Santa Eulalia de Tábara y feligreses, 9.—El ecónomo de Navianos de Valverde é id., 2'50.—El párroco de Quintanilla de Yuso é id., 6.—El de Puente de Domingo Florez é id., 5.—El de Posada y Torre é id., 5'75.—El coadjutor de Valle é id., 3.—El párroco de Laguna Dalga, 1.—El de Quintanilla de Humoso y

feligreses, 5.—El de Jiménez é id., 3.—El de Turienzo de los Caballeros é id., 3.—El de Villoria é id., 4.—El de Regueras de Arriba é id., 3.—El de Acebo 1'25.—El de Molezuelas y feligreses, 3.—D.^a Isabel Regadera, 1.—El ecónomo de Lillo y feligreses, 8.—El Sr. Administrador del Santuario de las Ermitas, capellanes y feligreses, 20.—El párroco de Melgar de Tera, 2.—El de Santalla y feligreses, 2'50.—El de Truchillas é id., 1'50.—El párroco, de una testamentaria y feligreses de San Martín de la Isla, 5.—El encargado de San Cristóbal de la Polantera y feligreses, 1'75.—El párroco de Riego de Ambrós, 2.—El de San Román el Antiguo, 3'10.—El de Veguellina y feligreses, 4.—El de Faramontanos de Tábara, 1'50.—El de Castro y la Veguellina y feligreses, 2'50.—El encargado de San Martín de Quiroga é id., 4.—El párroco de Omañuela é id., 6.—El de Villamor de Órbigo, 5.—Algunos feligreses de id., 3'75.—El párroco de Rosinos, 2'50.—El de Barrientos de la Vega y feligreses, 1'25.—El de Villameca é id., 2'5.—El de Quintana del Castillo, 2.—Los feligreses de id., 1'80.—El de Arcos de la Polvorosa é id., 6.—El de Torneros de Valdería, 1'50.—El ecónomo de Carracedo del Monasterio y feligreses, 8'50.—El párroco de Castrillo de las Piedras é id., 2'75.—El de Santibañez de la Isla, 2'50.—El coadjutor y feligreses de Villanazar, 4'10.—El párroco de San Miguel de las Dueñas é id., 4.—El de Cernego é id., 3.—El arcipreste y párroco de Matachana, 6.—El párroco de Ribera de Bembibre, 3.—El de Fisteus y feligreses, 2'50.

Suma. 2.580 07

Donativos para la redención de los esclavos de África.

Pesetas. Cénts.

Suma anterior. 38 95

El párroco, coadjutor y feligreses de San Román el antiguo, 5'90.—De una testamentaría de la Diócesis, 50.—El párroco de Villameca, 1.—El ecónomo y feligreses de Altobar, 1.—El párroco de Quintanilla del Valle, 3.—El de Azadón, 7'50.—El de Puebla de Trives, 2.—El de San Mamed, 2'50.—El de Omañuela, 1'25.—El de Piñeiro, 2.—El de San Brégimo y feligreses, 3'25.—El ecónomo de San Pedro Castañero é id., 2.—El párroco de Odollo, 1.—El de Quintanilla de Yuso y feligreses, 1'50.—El encargado de San Martín de Quiroga é id., 3'75.—El párroco de Villamor de Órbigo, 2'50.—Algunos feligreses de id., 1'10.—El párroco de Alcoba é id., 13'75.—El ecónomo de

Santa Marina del Rey é id., 7'50.—El párroco de Arcos de la Polvorosa é id., 3.—El de Santibañez de la Isla, 1'50.—El de San Miguel de las Dueñas, é id., 3.

Suma. 158 95

(Continúan abiertas las subscripciones.)

Astorga, 14 de Mayo de 1892. — Dr. Francisco Marsal,
Canónigo, Secretario.

DISCURSO DE SU SANTIDAD EN LA FIESTA DE LA ANUNCIACIÓN

Si hoy celebramos con entusiasmo y júbilo la memoria del gran misterio, con el cual tuvo principio la obra de la humana redención y si hoy todos los fieles festejan con la Santa Iglesia más que de costumbre á la Virgen anunciada por el Ángel, Nós hemos querido que dicha festividad se verificase este año, en cuanto á Nós, más alegre y solemne.

Y así lo hemos hecho, destinando este memorable día á la promulgación de decretos, en los cuales se reconocen los milagros de Dios obrados por intercesión de sus venerables siervos Francisco Paverio Bianchi, Antonio Baldinucci y Gerardo Maiella.

Habéis escuchado estos decretos y con la lectura de éstos y de lo que han añadido los Postuladores de las causas, habéis recordado las prendas y las virtudes singulares de que han estado adornados esos tres Venerables, y sobre todo habéis oido como correspondieron admirablemente á la gracia divina, que los enriqueció con gran copia de favores celestiales. Esos Venerables siervos de Dios dejaron en su vida entre los hombres un gran renombre de santidad.

Por caminos diversos, esas tres almas elegidas pudieran elevarse a un grado tan excelsa de perfección cristiana. Dos de éstos llegaron, mediante los trabajos del sacerdocio y con el asiduo estudio de las doctrinas sagradas que informaron sus méritos, á la celestial sabiduría ejerciendo el apostólico ministerio. El otro en el sencillo estado de láico profeso y con la humilde práctica de los oficios domésticos, los más ordinarios y comunes se puso en contacto también con la celestial sabiduría.

Imitadores los primeros de los más celosos propagadores del Evangelio, y apóstoles de la fe, obtuvieron de la predicación y

con sus fatigas maravillosos éxitos; mas el otro, con su ejemplar presencia, modestia y piedad en una vida escondida *omnes in admirationem rapui'*, como dice muy bien el decreto leído. De modo que cualquiera en su propia condición, si procura reflejar en sí al Divino Maestro, puede siempre recoger frutos abundantes de santidad.

Alérgrense por tanto y con plena razón en este fausto día las beneméritas familias religiosas, de las cuales salieron esos fulgidísimos luminares, y alérgrense también con la gloria y el nuevo lustre que cada uno de ellos añade á su propio Instituto. Pero esa gloria y esa alegría sirvan á los religiosos de los institutos mismos de instrumento y de estímulo para caminar en la vía de esos siervos venerables y para emular los ejemplos de éstos. Pues que la Iglesia con la solemne promulgación de esos decretos, no sólo tiene la mira de rendir honor á la santidad de sus Hijos, sino que entiende además ofrecer á los fieles otros tantos modelos que imitar.

En cuanto á Nós damos gracias al Señor, y sentimos alegría al ver llevada á feliz término la causa de estos tres héroes, á uno de los cuales, esto es, el venerable Valdinucci, Nos liga una tradición doméstica, grata, que el Postulador ha recordado.

Augurando, con la ayuda de Dios, poder elevar á esos héroes al honor de los altares, damos á cuantos están aquí presentes la bendición apostólica.

RESOLUCIONES DE LA S. C DEL SANTO OFICIO

sobre la interpretación de algunos puntos de la Constitución
Apostolicæ Sedis.

S. R. et U. Inquisitioni sequentia dubia proposita fuerunt?

I. Utrum scienter legentes publicationes periodicas in fasciculos ligatas, habentes auctorem hæreticum et hæresim propugnantes, excommunicationem incurant, de qua Bulla *Apostolicæ Sedis* 12 Octubris 1869 in excom. Rno. Pontifici speciali modo reservatis art. 2.

II. Utrum per acta a S. Sede Apostolica profecta designentur tantum acta, quæ immediate a S. Pontifice proficiscuntur, an etiam quæ mediate a SS. RR. Congregationibus proveniunt?

III. Utrum absolventes complicem in re turpi cum ignorantia crassa et supina hanc excommunicationem incurant, an non?

IV. Utrum colligentes eleemosynas maioris pretii pro mis-

sis, si eas celebrari faciunt in eodem loco ubi collegerunt, pro minori pretio, hanc censuram incurrant, necne?

V. Utrum clericus in sacris constitutus, vel regularis, aut monialis, si praeter impedimentum voti solemnis castitatis alia habeat impedimenta ex. gr. affinitatis, consanguinitatis, hanc censuram incurrant, an non?

VI. Quoad absolutionem censurarum specialiter reservatarum in articulo vel periculo mortis dubitatur; utrum infirmus si convalescit et onus non adimplet se praesentandi Superiori, in eamdem excommunicationem reincidat, an non?

Feria IV die 13 Januarii 1892.

In Congregatione Generali S. Rom. et Univ. Inquisitionis habita coram Emis. et Rmis. DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus propositis suprascriptis dubiis, ac præhabito voto DD. Consultorum, iidem Emi. ac Rmi. DD. rescribi mandarunt:

Ad I. Affirmative.

Ad. II. Negative ad 1 partem; affirmative ad 2.

Ad III. In casu, incurrere.

Ad IV. Affirmative ad 1 partem; negative ad 2.

Ad V. Incurrere.

Ad VI. Detur Decretum fer. IV, 19 Augusti 1891 super dubiis quæ sequuntur:

1.º An obligatio standi mandatis Ecclesiæ a Bulla *Apostolicæ Sedis* imposita sit sub poena reincidentiæ, vel non?

2.º An obligatio standi mandatis Ecclesiæ in sensu Bullæ *Apostolicæ Sedis* idem sonet, ac obligatio se sistendi coram S. Pontifice, vel an ab illa beat distingui?

Responsum: Ad 1. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam?

Ad 2.º Obligationem standi mandatis Ecclesiæ importare onus sive per se, sive per Confessarium ad S. Pontificem recurrenti.

Feria autem V, die 14 Januarii 1892, facta de his omnibus per R. P. Adsessorem S. O. Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione, Sanctitas Sua resolutiones Emorum. PP. approbavit et confirmavit.

Ex Cancellaria S. O. die 16 Ianuarii 1892.—Jos. MANCINI,
S. Rom. et Univ. Inq. Notarius.

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

De la penitencia impuesta en los rescriptos de dispensas
matrimoniales.

~~~~~  
EMINENTISSIME PRINCEPS:

Infrascriptus Nicotrien. et Tropien. pro quiete et pace conscientiae suae, Eminentiae Vestrae humiliter exponere praesumit quae sequuntur.

In dispensationibus matrimonialibus ab hac S. Poenitentiaria expeditis, saepe, juxta causas expositas, inseritur clausula: *cum gravi et diuturna pœnitentia salutari*, et in quibusdam aliis legitur haec praescriptio: *cum gravi pœnitentia salutari*. Attenta hodie dominante corruptione, pessimaque dispensandorum voluntate, qui quidem labiis promittunt, ac deinde promissa non exequuntur, atque etiam aliquoties impotentia eorum, eo quod a mane ad vesperam labori incumbere debeant, ut sibi victum comparent, quaeritur:

Potestne injungi poenitentia per tres tantum menses, verum pluribus per hebdomadan vicibus adimplenda, quando praescripta est *gravis et diuturna*, ac per unum solum mensem, cum statuta fuit *gravis pœnitentia salutaris*, idque ad evitandum novum sponsorum peccatum, stante firma certitudine quod, celebrato semel matrimonio, jam nihil amplius durent, cum gravi propiae conscientiae damno?

Dignetur Eminentia Vestra Revma, etc.

Nicotere, 25 Februarii 1890.

Sacra Poenitentiaria, mature perpensis quae ab Ordinario Nicoteren, proponuntur, ita respondit:

*In præfinienda pœnitentiæ qualitate, gravitate, duratione, etc., quæ dispensantis aut delegati arbitrio juri conformi remittuntur, neque severitatis, neque humanitatis fines esse excendos, rationemque habendam conditionis, ætatis, infirmitatis, officii, sexus, etc., eorum quibus pœna irrogari injungitur.*

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 8 Aprilis.—F. Segna S.  
P. Regens.—A Cus. Martini S. P. Secrius.

~~~~~

Quomodo intelligenda sit clausula poenitentiam
publicam exigens?

Notandum est hodie, ut videre est in diversis formulis tum Datariae in forma pauperum ad causam famosam, tum Poenitentia in utroque foro propter causam etiam infamantem, saepe non apponi clausulam quae poenitentiam publicam exigat, sed tantum gravem salutarem et aliquando diuturnam, eo modo intellectam quae solet ab auctoribus explicari agentibus de satisfactione; ac proinde eos v. g. Parochos qui accipient commissionem hanc poenitentiam imponendi, minime teneri tunc ad poenitentiam publicam imponendam, cum scandalum alia via possit reparari; et multo minus debere imponere illam ignominiosam poenitentiam standi in Ecclesia cum candela accensa, vel verrendi Ecclesiam (quando Ecclesiae servitium non exigitur ut nunc saepe accidit,) si id causa sit, quod saepius contigit, quae multos civili matrimonio et vitiis irretitos absterreat a contrahendo legitimo matrimonio in facie Ecclesiae. Quando vero ut aliquando fit, exigitur «gravis poenitentia salutaris quae scandalum reparare valeat», haec quidem imponenda est non tamen ignominiosa, quae non petitur.

(Ex Opere inscripto; «*Casus conscientiae his præsertim temporibus accommodati,*» cura es studio P. V. Parte 3.^a Sect. 1.^a Cas. 5.^a)

(*Del B. de Toledo.*)

DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO

CARTHAGINEN.—DISTRIBUTIONUM.—Die 11 Aprilis 1891.

Cap. 1. sess. 5 De instit. lect. De Script.

DUBIA.

I. *An canonicus theologus munus magisterii in Seminario exercens, percipere valeat distributiones chorales pro diebus quibus docet, non obstante quod percipiat pensionem a Seminario.*

Et quatenus negative.

II. *An et quomodo quoad distributiones, vel pensiones usque modo ab eodem theologo perceptas providendum sit in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re discussa sub die 11 Aprilis 1891, censuit respondere: *Ad I.^m Negative. Ad II Supplicandum SSmo. pro condonatione quoad præteritum.*

OXOMENSIS.

DISTRIBUTIONUM ET SUBSTITUTIONIS.

Die 25 Julii 1891.—Sess. 24 cap. 12 *De reformat.*

COMPENDIUM FACTI. In Cathedrali Ecclesia Oxomensi canonici *de officio* nuncupati, quibus incumbit etiam onus clericos edocendi in Seminario Dioecesano, ut choro praesentes mane vel vespere haberi solebant ad effectum lucrandi quotidianas distributiones, prout ante vel post meridiem scientias traderent. Haec tamen praxis, quae haud bene constat a quo tempore viguerit, Capitulo juris fundamento destitui visa est; atque idcirco auctorante Episcopo abolita est in comitiis diei 26 Januarii 1886, cum decretum fuit, ut praefati canonici choro non interessentes distributiones amitterent, siquidem hora distincta a canonicis lectionem haberent.

Id non placuit Isidoro Soto Ramos qui ibi doctoralem praebendam jam à septem annis obtinebat, qui proinde ad S. C. C. confugit, et hanc nactus occasionem alterius etiam quaestionis resolutionem ex postulavit. Exposuit namque eodem tempore sibi haud sustinenda videri, ut potest juri contraria, obligatio in edicto concursus ad doctoralem praebendam expressa, qua electus, etiam si infirmitatis causa aliquando a schola abesse deberet, ad aliquem proprio sumptu subrogandum adigeretur. Quare duo simul in illius precibus quaerebantur:

“Utrum jus habeat ad praesentiam in choro eodem modo quo antea, seu prioribus annis. 2. Utrum, cum ex causa infirmitatis non possit per seipsum lectionem habere, substitutum teneatur suis impensis apponere.»

Rogatus de more Episcopus ut, auditio Capitulo, super oratoris jure referret, votum suum illi omnino contrarium emissit simul rationes adjiciens quibus ad suam tuendam sententiam moveretur.

DISCEPTATIO SYNOPTICA.

QUAE VIDENTUR FAVERE CANONICO DOCTORALI. In primis quoad distinctionem canonicatum in Hispania, conventionio seu Concordatum anni 1851 haec habebat art. 13;

“Unumquodque Cathedralium Ecclesiarum capitulum constabit decano, qui semper primam sedem post pontificalem obtinebit, quatuor dignitatibus, nempe archipresbyteri, archidiaconi, cantoris et scholae praefecti, nec non alterae thesaurarii in metropolitanis; insuper quatuor canonicis, qui *de officio* nuncupantur, scilicet magistrali, doctorali, lectorali ac poenitentiario, ac demum eo numero canonorum *de gratia*, quem art. 17 praefinit. “Et quoad eorum praebendas art. 32 statuit: “Dignitates et canonici de officio in singulis metropolitanis annuo redditu fruentur 16.000 regalium, in suffraganeis 14.000, et canonici de officio in Collegiatis 8.000, Canonici reliqui 14.000 in ecclesiis metropolitanis, 12.000 in suffraganeis et 6.600 in Collegiatis obtinebunt.,

Officium vero praecipuum canonici doctoralis et magistralis ita expositum est in Concilio provinciali Salamancae longe ante Concordatum habito *Act. 2 dec. 35:* “Qui doctorali praebenda potitur, teneatur in omnibus negotiis ad cathedrales pertinentibus, sententiam suam verbo aut scripto, prout requisitus fuerit afferre, atque in eisdem patrocinari. Ad idem teneatur in causis, quae ad dignitatem episcopalem respectant, dummodo inter Capitulum et Episcopum non controvertantur; tunc enim suo Capitulo adhese honestius erit. Erit etiam sui muneris, cum ab episcopo vel capitulo fuerit requisitus, judicem civitatis episcopalibus adire, de negotiis episcopi vel capituli verbo aut scripto, cum opus fuerit instruere, omni excusationi remota,—quod tamen urgenti necessitate injungi debet, atque haec quidem omnia grataito. At qui magistralem obtinuerit, tenebitur omnibus iis diebus sermonem habere ad populum, qui vel statutis ecclesiae vel

antiqua consuetudine sunt praescripti; et quando ab Episcopo ob rationabilem causam ocurrentem in ecclesia cathedrali seu in alia ejusdem civitatis ipsi fuerit peculiari-
ter injunctum.,,

Insuper huic primario muneri et aliud ab Episcopo addi potest, nempe docendi in Seminario diocesano, vi decreti regii 1852.

Nulla expresa adest juris dispositio, quae hujusmodi canonicos de officio quoad praesentis controversiae punc-
tum respiciat. Tridentina Synodus, praeter canonicum poenitentiarium et parochum, probabiliter nec docentes Sac. Scripturam tamquam praesentes in choro habet ad effectum lucrandi quotidianas distributiones. Hoc autem beneficium tantum serius ad canonicum theologum exten-
sum est, ut patet ex pluribus S. C. C. resolutionibus alia vice relatis. Iam vero non levia militare favore cano-
nicorum ex officio congruentiae argumenta sive ex parita-
te conditionis, sive ex aequitate deducta. Comuniter enim receptum est, ut quando agatur de onere inseparabiliter praebendae adnexo, quodque sine peculiare mercede exer-
cetur, tamquam pars choralis officii spectari soleat. In cu-
jus sententiae confirmationem forsitan non omnino abso-
num videretur recentem S. C. C. decisionem adducere in *Carthaginem* 11 Aprilis nuper elapsi (1), in qua ca-
nonico theologo magisterii munus in Seminario exercen-
ti vetitum fuit chorales distributiones percipere diebus qui-
bus docet, cum ad hoc distincta pensione rependeretur.
Quod clarius etiam eruitur ex *Placentina* 17 Junii 1882,
in qua proposito dubio: *An canonicus magistralis, pro
munere quod in Seminario exercet, jus habeat percipiendi
emolumen, vel potius distributiones quotidianas tantum
lucrari debeat in casu» responsum datum fuit. Negative ad
primam partem, affirmative ad secundam* (2).

Nec in themate regerere valet quod orator ‘‘hora dis-

(1) Vol. 24 pag. 72 Act. S. S.

(2) Vol. 15 pag. 209 Act. S. S.

tincta à canoniciis lectionem habeat.,, Nam omissio quod hoc est quid temporaneum, quod decursu temporis mutari potest, adnotandum est canonico doctorali, lectionibus et servitio chorali necessarisque itineribus magnam diei partem insumenti, difficulter tempus et vires suppeteret posse ad rectam adhibendam præparationem. Unde si juris rigor urgeretur, timendum esset ne ex hoc discipuli detrimenti aliquid caperent.

Quoad vero maiores praebendaे reditus quibus canonicus doctoralis fruitur, quosque Episcopus forsan memorat uti causam ad gratiam denegandam, siquidem distributionum amissionem compensarent, observari posset ex illis argumentis videri quae nimis probant. Cum enim iidem prorsus fructus sint, theologo et poenitentiario, sequeretur eamdem rationem ad distributiones ipsis admendas invocare posse. Ceterum cum pinguior praebenda canoniciis de officio constituta fuerit, art. 32 Concordati 1851 et munus docendi impositum sit postea, scilicet regio decreto anni 1852, evidens et concludens ratio inde haud posset desumi.

Relate vero ad obligationem sibi substituendi aliquem suis sumptibus in magisterii exercitio, quoties infirmitate detineatur, recolit orator contrariam esse ipsi rubricam *tit. 12 lib. 3* “ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur“ Ergo cum Episcopus conditionem quae a jure exorbitat in edictalibus tabulis addiderit, atque ea quae contra jus fiunt debeant pro infectis haberi, consequeretur canonicum doctoralem ad gravis et vitiatae conditionis adimplementum nullimode adstringi.

Quae adversari videntur canonico doctorali. Attamen ex adverso perpendendum est clarissima esse Tridentini verba *Sess. 24 cap. 12 De reform.* “Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipient: reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa his careant, justa Bonifacii VIII decretum quod incipit: *Constituendum:: quod S. Synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscum-*

que statutis aut consuetudinibus. “Unde nisi exprese a jure casus habeatur exceptus, in praesenti materia procedi nequit argumentis ex analogia deductis vel ex aequitate depromptis. Quod tenuisse videtur S. C. C. dum semper rigidam se praebuit in quotidianis distributionibus absentibus concedendis.

In casu vero nullam sibi favorabilem exceptionem canonicus doctoralis invocare potest. Quin imo contrarium prorsus ex litteris Apostolici Hispaniarum Nuntii eruitur: relate ad adsistentiam in choro, ex jure nulla competit exemptio canonico magistrali, ex munere docendi; fiat hoc gratis, aut aliqua mediante retributione, quæ verba benignam oratori interpretationem respuere videntur. Quod si ex indulto Sanctæ Sedis vel indulgentia Episcopi et Capituli vel ex peculiari Capitularium Constitutionum lege, in aliqua dicecesi contrarium obtinet, id ad consequentiam nequaquam trahi potest. Quod pariter dici forsan debet de resolutione in *Placentina 17 Junii 1882*, eo quod in illius Cathedralis statutis legitur de magistrali et doctorali habebuntur ceu præsentes in choro iisdem terminis ac canonicus lectoralis.

His nonnulla accedunt in præcedenti causæ propositione relata, quibus Episcopus mentem suam a concessione alienam ostendebat. «Nec arguat, ajebat Præsul, sibi non suppetere spatum, ut operi se accingat, quamdoquidem non eamdem disciplinam omnibus annis tradit. Porro historiam ecclesiasticam exponere tribus adhinc annis illi commissum est quam jam antea docuerat, et aliis canonicis qui sumptibus Seminarii docent, tempus suspettit, etiam si aliquando eamdem disciplinam non tradant, ut lectioni se accingant. Nec longum est tempus quod plerumque choro insumitur; et adde, quod horas canonicas domi recitari tenetur, si choro non absit. Sed utcumque sit, laboret aliquid amplius, si aliter fieri nequit.»

Demum omnia, tum relate ab chori præsentiam, cum etiam quoad substituti retributionem, canonicus Ramos

perpendere debuisset antequam ad concursum accederet et propositas obligationes assumeret. Modo enim, saltem quoad secundum, cogi posset ratione pacti ex *cap. Antigonius*, tit. 35 *De pactis*. «Inita pacta suam obtineant firmatatem» et *cap Qualiter ibidem*. «Studiose agendum est, ut ea quæ promittuntur, opere compleantur.» Episcopum vero in edicto promulgando in juris leges non impegnasse defendi posset, tum quia idem in similibus casibus alias statutum fuit, cum etiam quia relictus ejus arbitrio, ex decreto regio a Nuntio rati habito, impositione munieris docendi canonico doctorali, jam per hoc compos effectus videretur ad ea omnia disponenda, quibus melius res sibi commissa executioni mandari posset.

Hisce, aliisque notatis, proposita fuerunt diluenda.

DUBIA.

I. *An, et quo usque, canonicus doctoralis dum in Seminario magisterii munere fungitur, praesens in choro habendus sit in casu.*

II. *An, cum ex causa infirmitatis non possit per seipsum lectionem habere, teneatur aliquem suis sumptibus sibi in magisterii munere subrogare in casu.*

Resolutio. Sacra C. Concilii re discussa sub 25 Julii 1891 censuit respondere: Ad I Negative. *salvo oratoris jure recurrendi pro gratia*. Ad II Negative.

Ex quibus colliges. I Ex jure nullam, competere canonico doctorali exemptionem a choro, dum fungitur munere magisterii in Seminario gratis aut cum retributione.

II. Non teneri subrogarii per alium, suis sumptibus, in munere magisterii, quatenus per seipsum non possit, causa infirmitatis, lectionem habere.

SECRETARÍA DE ESTUDIOS DEL SEMINARIO DE ASTORGA.

Habiendo surgido algunas dudas sobre el alcance de la concesión hecha por el Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo

de esta Diócesis á los alumnos que estudian en escuelas privadas en virtud de la cual pueden incorporar sus estudios en este Seminario, y sobre las condiciones exigidas para que puedan ser examinados en el pueblo en que hacen sus estudios, el M. I. Sr. Rector, autorizado por S. E. se ha servido hacer las siguientes aclaraciones.

1.^a Solas las asignaturas de Latín y Castellano y elementos de Retórica y Poética pueden incorporarse en este Seminario. Exceptúase de esta disposición en lo que tiene de restrictiva, la escuela establecida en el Santuario de *Nuestra Señora de las Ermitas*.

2.^a El profesor que deseé que sus discípulos sean examinados en el mismo pueblo en que estudian, deberá presentar á examen por lo menos veinte alumnos; enviar á esta Secretaría durante la primera quincena de Noviembre una relación nominal de sus discípulos, y pedir Comisión examinadora en la segunda quincena de Mayo.

3.^a Los alumnos pagarán, además de los derechos de matrícula, 2,50 por derechos de examen de ingreso, y 5 pesetas por cada uno de los años que pretenda incorporar.

Lo que de orden superior se publica en el BOLETÍN de la Diócesis para conocimiento de los interesados.

Astorga 11 de Mayo de 1892.—*El Secretario de estudios*, Pedro Carro.

CONGRESO CATÓLICO DE SEVILLA.

MIEMBROS TITULARES

Sr. D. Albino Fernández, económico de S. Clodio.

Sr. D. Juan F. Regueiro, Registrador de la propiedad.

MIEMBROS HONORARIOS.

M. I. Sr. D. Francisco Rubio, Arcipreste de la Santa Iglesia Catedral.

Sr. D. Juan Cotado, párroco de Llamas de la Ribera,

Sr. D. Juan M. Rodríguez, párroco de S. Nicolás de Villafranca.

Sr. D. Andrés Bazal, párroco de Regueras de Arriba.

El Secretario de la Junta diocesana,

Pedro Carro.

COMISIÓN DE CAPELLANÍAS Y FUNDACIONES PIADOSAS
DE LA DIÓCESIS DE ASTORGA.

Esta Comisión, á fin de llevar á debido efecto el convenio celebrado entre la Sta. Sede y S. M. sobre Capellanías colativas y fundaciones piadosas, por el presente llama, cita y emplaza á los que se crean con algún derecho á la Capellania colativo-familiar titulada de San Pedro (á) *Juan Ibañez*, fundada en la Iglesia parroquial de Congosto, cuya commutación de rentas ha sido solicitada por D. Silverio Sierra vecino de esta Ciudad, en representación de su muger D.^a María Mazo Vazquez, y de sus cuatro hijos, D. Lorenzo, Celestino, Romualda y Ramona, para que en el término de un mes, á contar desde esta fecha, se presenten ante la referida Comisión, á instruir el expediente que marca el artículo 34 de la Instrucción para ejecutar el citado convenio; apercibiéndoles que, pasado dicho plazo, sin presentar las oportunas solicitudes, debidamente documentadas, les parará el perjuicio á que en derecho haya lugar.

Astorga 12 de Mayo de 1892—P. A. DE LA C.—*Indalecio Fernández de Cabo*, Secretario.

NECRÓLOGÍA.

En 20 de Marzo falleció D. Antonio González, Párroco de Campo del Agua, Arciprestazgo de Villafranca del Bierzo.

En 6 de Abril falleció D. Remigio Astorga, Párroco de San Miguel de Castrogonzalo, Arciprestazgo de Villafáfila.

En 23 de Abril falleció D. Amando González, Coadjutor de Benavides.—R. I. P.—